



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Dubium 8. De miraculis in captivitate Christi occurrentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Dubium Octauum.

De Miraculis in captiuitate Christi occurrentibus.

Nonnulli volunt in hoc facto quatuor occurrisse mi-
racula: alii tria: communior sententia est solum duo
sive patrata: primum, quando unico verbo (*Ego sum*)
populi ministrorum turbam in terram dedit precipitem:
secundum, quando Malcho restituit auriculam. In hac
Christi captiuitate notanda sunt Evangelistarum ver-
ba: *Manus traiecerunt in Iesum. Tenuerunt & ligaue-*
rum. Cuncti milites rabiem suam expleuere in
Christo, & eorum quidem numero mille erant: cohors
quae accesserat ad comprehendendum Christum,
(sicut S. Iohannes) *Iudas cum accepisset cohortem* constituit
excursionem seu turmam mille militum. Ac primo,
manus iniecerunt in Iesum: ferocibus eum excipiendo
verberibus, pugnis, colaphis, capillos, barbaeque pilos
pellendo. Secundo, *Tenuerunt eum*; ad terram pro-
tercendo; calcibus hinc & inde impetendo. Tertio,
ligaue- rum eum: variis modis, manus a tergo asperis no-
tisque nexibus crudeliter reuinciendo, funes catenas-
que collo iniiciendo. Idque satis notum manifestum
est, ex eo, quod catena ferrea collo eius iniecta Pa-
trata adhuc asseruetur, quod a S. Ludouico Francorum
Rege delata fuit ex vrbe Hierosolymitana.

Matth. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.
Ioan. 18.

Dubium Nonum.

An, Iudeis Christum capientibus, peccarint Apostoli fugiendo?

Respondeo: eos excusari non posse a delicto siue gra-
ui siue leui: etenim causa fugae, vel fuit defectus fidei,
vel ambigebant, an Christus iisdem ferre posset sup-
petias.

f